



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Exempla, Divinæ Iræ, Per Opera Poenitentiae, Nobis  
Leniendæ**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadij, 1648**

§.1. Cur magis meriti minus pœnarum habeant in hac vita?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52193](#)

34 Cap. III. Damnatae feminae exemplo,  
usus fuerit ad fidelium castigationem, & men-  
sura peccatorum fuerit impleta, etiam exscin-  
dentur, & in ignem aeternum, tamquam palmi-  
tes præcisi, & omnino inutiles, projicientur.

C A P V T III.  
D A M N A T A E F Ä M I N A E  
E X E M P L O O S T E N D I T V R,  
S I C V T H V I V S V I T A E M A L A I N  
B O N A , I T A V I C I S S I M V O L V P T A T E S  
I N A E T E R N A S C R V C E S G O N-  
V E R T I .

I.  
CVR MA-  
GIS MERI-  
TI M̄NVS  
POENARVM  
HABEANT  
IN HAC  
VITA?



VPEREST adhuc vna quæstio, de  
duobus fratribus, præcedente ca-  
pite & exemplo, à nobis comme-  
moratis. Cùm enim Icilius hæreticus, fra-  
ter autem eius Catholicus fuerit; cùm Ici-  
lius fratre suo Alberico longè ambitiosior,  
iniustior, truculentior extiterit; cùm incó-  
parabiliter plures, ac sæuioribus modis ius-  
serit contrucidari, cur, obsecro, Icilius tam  
tolerabili, Albericus tam inaudito genere  
mortis è medio sublatus est? Siquidem Ici-  
lius, prælio victus, captus, in caput vul-  
neratus, & pede saucius, dolore magis ani-  
mi, quam vulnerum grauitate confectus de-  
cessit.

cessit. Albericus autem proditus, captus, ante oculos suos sex filios membratim laceratos, duas filias cum uxore, viuas infelibus flammis vestulatas vedit, ac tandem pedibus ad equi caudam alligatis per castra tractus, forcipibusq; frustillatim disceptus Absyrti alicuius instar miserandum in modum interijt. Quid hoc est rerum? quænam ista justitia est? Is qui parum peccauit, multum luit; & parum luit, qui fuit omnium facinorum reus? Hæcne pœnæ & culpæ æqualitas? istud diuinæ sapientiæ iudicium? Omnino, & quidem æquissimum, sapientissimum. Quia Albericus minus malitiosus, Icilius extremè in omne flagitium proiectus, uterque quidem grauia supplicia promeruit, Icilius autem longè grauiora. Quid autem grauius inferno? Hinc de illo legitur: *Sine pœnitentia decebit.* Albericus autem, postquam peccata sua ritè confessus est, mutatis jam æternis Inferni pœnis, in pœnas temporales, nulla satis dira tormenta potuit sustinere, quæ meritis æquiparantur. Immo plerumque hoc fit à filijs lucis, qui cùm videant, nulos esse, in hac vita, tam acerbos cruciatus, qui possint vel cum Purgatorij doloribus conferri, etiam si sint

56 Cap. III. Damnata femina exemplo,

innocentissimi atq; sanctissimi, tamen maximas corpori inferunt afflictiones. Eremitæ, Monachi variorum ordinum, qui à mundo separati vix sciunt, nisi è libris, quid sit peccare, quām miserè vestiuntur? quām asperè cubant? quām seuera ieunia sibi indicunt? Sit Ioan. Baptista in exemplum, de cuius vestitu, habitatione, & victu, Evangelica docet historia. At qui plurima quotidie committunt flagitia, non tantum nihil luunt, verū etiam mollibus vestiuntur, in vino, in conuiuijs & luxurijs assidue versantur, rident, ludunt, iocantur, fletum, lachrymas, pœnitentiam detestantur. Quod manifestum indicium est, pœnas illorum in alteram vitam differri. Si saperent, ac nouissima prouiderent, vtique huius vitæ incommoda omnia libenter tolerarent. Nunc non sapiunt, neque satis credunt,

*Esse aliquos Manes, & subterranea regna, hinc præsentibus bonis inhiant, & quidquid est durum, aut molestum auersantur.*

Ad hos erudiendos toties Scriptura sacra inculcat memoriam gehennæ; toties clamant Prophetæ, toties ipse Christus vaistud ingeminat. *Quis poterit habitare de vobis cum igne denorante? quis habitabit ex vobis*

11:

AVTHOR

BT AV-

THORITAS

HISTO-

BIAE

Isa, 33. 14.

CMM